um (ut alium offitialem communis perusii) de facto reperta ueritate ſine alia
inquiſitione libello / uel proceſſu. Et ſi quis
ſecundo conduxerit / uel fructus eme
rit durante locatione primarena / uel
remanere nolente primo conductore ſeu
quocumque modo de temptore poſt loca
tionem finitam in dicta camera / uel
domo / uel loco et penſionem ſoluere
uolentem cum effectu / ut ſuperius eſt
narratum compellatur ſecundus con
ductor / uel emptor de facto per Pote
ſtatem / et Capitaneum (ut per alium offitialem communis perusii) et ~~Comunum~~
et alterius eorum Iudicem / et remi
ctatur / et reponatur / et defendatur
primus conductor / uel detentor in dictam
domum Cameram / ſeu locum. Et
ſi fuerit in mora reſtituendi uel relap
ſandi ſecundus conductor / uel emp
tor puniatur per Poteſtatem / uel Ca
pitaneum (ut alium offitialem) in Centum. libras denariorum. tam
ipſe quam dominus domus loci / uel
Camere / uel ſecundus locator / uel
uenditor fructuum. Et poſſit per primum
conductorem uterque accuſari tam
ſecundus conductor quam locans / ſeu
detinens ipſam Cameram domum
uel locum / uel emptor fructuum
Et de predictis omnibus / et ſingulis
poſſit inquiri cum promotore / et
ſine / et debeat per Poteſtatem / uel
Capitaneum procedi expreſſo offitio
aliquo non obſtante. Et ſi dominus
uel poſſeſſor dicti loci chamere / uel
domus uendiderit uel alio modo
uel titulo alienauerit quod talis uen
ditio / uel alienatio non noceat con
ductori quominus ſtari et morari
ualeat in dicta domo loco uel ca
mera ſilicet pro eo tempore pro
quo iam ſoluiſſet penſionem /
uel ſoluere uellet durante tem
pore ſue conductionis. Et quia
per preſentem legem in fauorem
conductorum fauorabiliter eſt pro
uiſum / et non eſt conueniens
quod nimius fauor conducentium
ſit cum preiuditio locantium
Volumus ſtatuentes quod ante
tempus finite conductionis ui
delicet per duos menſes ante con
ductor camere domus / uel loci
quando nollet in conductione

remanere post finitum tempus sue
conductionis teneatur et debeat den
umptiare domino vel locatori ut i
ipe possit sibi competenti de alio co
nductore providere et Iuri sibi con
petenti vigore sue conductionis ren
umptiare et inpresentia notarii et
duorum testium. quod si non fecerit et
remanere debeat in dicta conductione
per annum et ad solutionem pretii
pro quo conduxerat cogi possit et
et debeat ex instrumento prime
conductionis. Et intelligatur vig
ore presentis legis reconduxisse
per annum predictum ac si expresse
conduxisset et dictam promissionem
per instrumentum novum fecisset.

De offitialibus et offitio super con dividendis Rubricha 42

De offitialibus et offitio super con dividendo. Rubrica.

·xlij· Domini priores artium et
tres bonos homines et le
gales videlicet duos advocatos
scriptos in matricula advocatorum
de civitate pisis, et unus nota
rius scriptus in matricula notariorum
dicti civitatis eligi facere teneantur
pro sex mensibus seu per sex menses
et de sex mensibus in sex menses
in maiori consilio Civitatis pisis
et ipsorum offitialium electio fiat
tet Iudicum seu advocatorum et
et notarii fiat ad brevia hoc mo
do videlicet quod fiant quinque brevia
signata unum pro qualibet porta
et illi qui habebunt brevia signa
ta eligant dictos tres advocatos
et unum notarium et si omnes v
quinque poterunt concordare et
ne quidem alias si quatuor eorum
concordabunt electio per eos fienda
valeat et teneat non obstante
contradictione quinti et vadat de
porta in portam et cum quis fue
rit de una porta de alia porta de
beat esse successor quousque omnes v
porte dictos offitiales offitiales v
habuerint. Dicti boni homines sint
Iudices super comunium dividundo et
familiercisciunde et finium regundo
rum Iudiciis, causis qui Iudices et
et quilibet eorum teneantur facere
diffinitiones inter consortes et co
munos de terris vineis silvis do
mibus turribus cassalenis et aliis
possessionibus que solo continentur
et de omnibus aliis rebus mobilibus
et inmobilibus. Et si aliquis pe
tierit diffinitionem seu divisionem
alicuius rei fieri que sit iusta re
suam teneantur dividere et di
ffinire eam et dare et assignare
unicuique partem suam alio late
re iusta rem suam propriam iuxta
eta semper melioratione portionis
melioris seu inspecto quod altera par
tium pretiosior sit reliqua portione
et ipsa omnia facere intra unum
mensem postquam petitio oblata fue
rit coram eis. Et dicti autem
Iudices habere debeant pro suo
salario pro unaquaque divisione
in Civitate et burgis fienda si

res diuiſe ſeu diuidende ualebunt.
Centum. libr. den. uel ab inde infra
ſecundum extimationem fiendam
per maſſarios communis perusii et qualibet
libet parte decem. ſold. den. Et
dictus notarius ſalarium non habe
at a communi ſet de ſcripturis re
cipere poſſit ſalarium competentem
Set ſi petitum fuerit diuiſionem
ſeu diuiſiones fieri de una uel pl
uribus rebus in una hereditate
uel podere contentis uel ſimilibus
et res que peterentur diuidi et
diffiniri ualebunt plus Centum
libr. den. ſecundum extimationem
fiendam ut dictum eſt ſi res non
fuerint extimate in Cataſtro co
munis perusii alias ſecundum exti
mationem cataſtri et qualibet par
ti uiginti ſold. denariorum accipiant
et non plus et dicti offitiales. ſ.
dicti Iudices et dictus notarius di
ctis ſalariis penitus ſint contenti
nec aliquid occaſione eorum offitii
petere uel recipere debeant ultra
ſalaria ſupradicta nec pro aliquo
termino mictendo ſe expenſas habere
debeant a partibus et uecturas
quando irent in Comitatum perusii
non tamen dicta ſalaria recipiant
niſi prius facta fuerit diuiſio et ter
minatio. Que diuiſio poſſit et de
beat per eos fieri ſummarie et de pla
no ſine ſtrepitu et figura iuditii
infra unum menſem a die porrecte
petitionis. Iurent inſuper omnes

diffinitiones et diuiſiones facere
diuidere et diffinire intra tempus
ſuperius nominatum remotis hodio
amore timore pretio uel precibus
ſpetiali lucro uel dampno ſuo
uel alterius de quibus debeant
ſindicari et qui ultra ſalarium
aliquid extorqueret quinquagi
nta. libr. denariorum pene nomine
Poteſtas et Capitaneus tollere
et accipere teneantur pro communi
et diuiſiones et diffinitiones que
facte ſunt et fierent per dictos
Iudices et aliquem ex eis Poteſtas
et capitaneus ratas et firmas
habere debeant et ipsas faciant
plenius obſeruari. Volumus
inſuper quod ſi aliqua res fuerit indi
uidua uel que ſine leſione commode
diuidi non poſſet et diuidi pete
retur per dictos Iudices diuidi debe
at ad precium inter partes ſicut
ipſis Iudicibus uel alteri ex eis
uidebitur conuenire. Dicti quo
que Iudices Iurare cogantur per
Poteſtatem uel capitaneum pena
Centum. libr. den. ſedere ad Ius
reddenda continuo in loco ſeu lo
cis in quo uel quibus elegerit
in uidias horis et in uidias dieb
ſecundum quod tenentur alii offiti
ales communis perusii. Si contin
gerit inter coniunctos uſque in
quartum gradum aliquam diui
ſionem fieri hereditatis uel ali
orum bonorum fiat et fieri poſſit

sumarie et de plano et simpliciter sine libelli porrectione litis contestatione et sine figura et strepitu Iuditii et sine decem missione et etiam diebus feriatis et non feriatis nisi feriati essent ad honorem dei aliquo precedente vel sequente non obstante. ¶ Possit insuper minor provocare maiorem et minor minorem. et minor minorem ad divisionem bonorum que haberent comunia. ¶ Cause vero finium et regundorum inter omnes terminentur diffiniantur et decidantur sumarie simpliciter et de plano sine libelli oblatione et sine figura et sine strepitu et Iuditii et etiam diebus feriatis et non feriatis ut dictum est. Et cum commune pisis de laboritiis clusii que tenentur per spetiales personas utilitatem percipiat et enciat interdum quod ipsa laboritia deserunt pro eo quia consortes ipsorum ad ipsorum divisionem nequeunt pervenire ex eo quod non sunt domini utiliter nec directe et propterea multotiens remaneant possessiones et res inculte per plures annos in quod est dampnum Comunis pisis. Statuimus quod habentes Ius in talibus laboritiis et possionibus clusii pisis et consortes ipsorum laboritiorum et iurium possint ea inter se dividere et Comuni dividendo et Iuditium inter eos locum habeat et eis competat et dicti Iudices

vel alter eorum ad petitionem cuiuslibet dicentis se consortem seu Ius habere in huiusmodi terris et laboritiis clusii divisionem facere possit et pro diviso consortibus et ius habentibus partes legitime assignare non obstante quod diceretur vel opponeretur vel dici vel opponi posset quod tale iuditium non datur illis qui non sunt domini utiliter vel directe et alia quacumque exceptione vel oppositione seu Iure spetiali vel generali non obstante et idem intelligatur et locum habeat et observetur inter omnes alios emptores aliarum communantiarum comunis pisis qui possint inter se divisionem petere et dividere comunantias predictas non preiudicando in aliquo iuri comunis pisis per predictas divisiones que fierent. Habeant etiam dicti Iudices super comuni dividundo iurisdictionem et Potestatem interponenda decreta super tutelis et curiis actoriis emancipationibus et et super interponendis decretis actibus quibuscumque secundum quod habent Iudices Potestatis et capitanei et valeat eorum decreti interpositio. Que tutele cure actore et emancipationes per ipsos iudices Potestatis et capitanei inquocumque loco et quocumque tempore etiam feriatis in honorem dei. Et recipiat quilibet Iudex expredictis salarium pro decreto interponendo. pro qualibet

bice. decem. soldos denariorum. Jud
ices quoque potestatis et Capitanei habe
ant et habere intelligantur nichilominus
Potestatem et iurisdictionem in et de
causis diuisionum et alijs supradictis i
hoc Capitulo non obstante exceptis cau
que fient super et pro alienatione re
rum inobilium minorum bigintiquinque annis
sup quibus et in quibus seruetur for
ma data in Capitulo de exequtione i
strumentorum confessionatorum et fiant
p dictos Judices sup com dimidiendo i
tantum ut in ipso Capitulo continetur.

Quod in comuni platea possit fieri cisterna
tribus partibus in concordia existentibus
uicinorum. R. ca.

Quod in comuni platea possit fieri Cisterna tribus partibus uicinorum in concordia existentibus uicinorum. R. 43

xlij

Statuimus quod cum aliqui
uicini habuerint aliquam
plateam comunem in qua posset fieri i
comode cisterna aliqua et tres partes o
ipsorum bicinorum fuerint in concordia
de cisterna fienda in platea prefata. Do
minus Capitaneus in dicta platea te
neatur cisternam bonam et sufficientem
facere fieri expensis omnium uicinorum
de platee non obstante contradictione
alicuius. Volumus etiam quod ad peti
tionem et instantiam cuiuscumque ex
bicinis habentibus res suas contiguas
et coniunctas vijs uicinalibus exitum
non habentibus talis uia claudatur
et claudi debeat p cancellos uel portas
expensis omnium bicinorum habentibus
iter et anditum per aliquam ex di
ctis vijs bicinalibus et ad predicta

fieri faciendum quilibet dictorum bi
cinorum cogatur et compellatur per
Maiorem sindicum offitialium comunis
pus et utile conseruatorem pena cuili
bet contrafacienti uel inobedienti i
predictis. bigintiquinque. libr. den. et
simili pena eisdem offitialibus si pre
dicta fieri non fecerint uel neglexerint
et exequtionem dicte pene predicti offi
tiales fieri facere teneantur infra i
quindecim dies a die facte petitionis
eis uel alicui eorum de predictis.

De arboribus pendentibus super re
alterius. R. ca.

De arboribus pendentibus sup re alterius R. 44

Habentibus arbores pendentes
sup tereno uel binea uel xliij.
alia quacumque re alicuius Potestas i
uel Capitaneus uel Judex alicuius i
eorum si querimoniam inde habuer
int teneantur precise precipere quod ar
borem uel arbores pendentem uel pen
dentes sup tereno uel binea uel re
aliqua alicuius incidant de inde ad
Octo dies postquam preceptum fuerit fa
ctum. Quod si ille non fecerit Potestas
et Capitaneus teneantur ei auferre
pene nomine pro bice qualibet. Centum
soldos. denariorum. Et nichilominus
illam arborem uel arbores incidi fa
cere teneantur. Si tamen ille super
cuius terreno uel re arbor erit non
fecerit penderet querimoniam de
illo cuius arbor erit non fecerit o
possit de illa parte arboris que pe
deret sup suo tereno uel binea i
fructus colligere et habere sine cont

Quod habentes arbores iuxta alterius cogantur eas vendere R. 45

R. xlv.

contradictione aliqua. Quod habentes arbores iuxta alterius cogantur eas vendere. Rubrica.

Si quis habuerit arborem uel arbores iuxta alicuius et ille cuius uicinus arbor fuerit uel arbores fuerint noluerit eam uel eas emere. Potestas uel Capitaneus uel aliquis ex iudicibus alicuius eorum illum cuius fuerit arbor siue fuerint arbores ad uendendum compellant. Et si ille cuius fuerint arbores siue arbor eam uel eas uendere noluerit Potestas et Capitaneus uel alter quocumque uel aliquis ex Iudicibus alicuius eorum illum uicinus de arbor uel arbores essent teneantur compellere ad emendum. Et si uenditor et emptor de pretio non poterint concordare duo boni homines eligantur scilicet a qualibet parte unus ad extimationem arboris uel arborum faciendam. Qui iurare debeant dictam extimationem facere sine fraude et iurare penitus compellantur. Set si partes fuerint concordes quod dicti homines iurare non debeant et ad iurandum aliqua tenus non cogantur. set secundum extimationem quam fecerint sine cum iuramento emptio uel uenditio arborum celebretur.

Quod habentes turrim uel murum cor[ruptum] in ruinam minantes reaptent et de restauratione expensarum et quod possessio rei communis non preiudicet consortis. Rubrica.

Quod habentes turrim uel murum cor in ruinam minantes reaptent et de restauratione expensarum et quod possessio rei communis preiudicet consortis R. 46

R. xlvi.

Quicumque habet uel habuerit turrim uel murum communem cum aliquo et turris uel murus habebit aliquam lesionem uel iacturam seu corruptionem uel minaretur ruinam pro quibus posset dirui uel guastari et aliquis ex consortibus noluerit ipm uel ipam reficere et reaptare possit hoc facere sine alterius partis contradictione requisita primo altera parte ut cum eo predicta faciat et reaptet infra terminum competentem sibi assignandum per Potestatem uel Capitaneum uel alterum ex eorum Iudicibus. Et si facere noluerit Potestas et Capitaneus uel Iudex compellant sine libelli oblatione de facto et sine strepitu et figura Iudicii et iuris ordine non seruato illum uel illos omnino ad restitutionem sue partis expensarum factarum integram faciendam alteri consorti qui fecerit uel reaptauerit ut dictum est et hanc restitutionem Potestas et Capitaneus intra tempus sex mensium a tempore facte reactationis fieri facere teneantur de facto summarie sibi fide facta de expensis per probationes scripturarum scripturas facere ut quibus fides possit adhiberi uel per extimationem faciendam per duos magistros quos elegerit Potestas uel Capitaneus uel Iudex ydoneos et fideles uel per eorum sacramentum. Et si ille restituere non posset ex dicto muro uel turri

aliquod quomodum uel utilitatem re
cipere non ualeat donec restaurauerit
suum consortem integraliter de expensis
secundum extimationem fiendam per
dictos duos magistros eligendos ut
dictum est. qui magistri statim cum
electi fuerint, per Potestatem, uel Ca
pitaneum, uel alterius eorum offi
tialem compellantur iuri declarare
extimationem predictam facta extim
atione ante quam discendat de pa
latio. ¶ Item dicimus quod si aliqui
habuerint murum commune, uel
qui communiter possideretur, et aliquis
ex consortibus dicte rei, uel possesori
bus in eo noluerit murare uel mu
rum facere possit illum facere sine
contradictione alterius partis. Et
nolens murare non possit nec debeat
inde habere aliquam utilitatem, nec
murare nec murum facere, in eo
nisi primo ad extimationem duorum
legalium magistrorum restauraverit
illum, uel faceret restaurari de expe
sis. Et statim finito dicto edifitio si
edificans, uel non edificans fuerint
de extimatione in concordia uel si
non fuerint in concordia compellantur
consors non edificans ad petitionem
hedificantis per Iudicem coram quo
fuerit expositum de facto instrume
tum confessionis facere, et promiss
ionem consorti hedificanti de medie
tate expensarum factarum in dicto
hedifitio danda et solvenda temp
ore quo consors noluerit hedificare

in dicto, uel super muro, facta extima
tione per duos magistros eligendos per
ipsos consortes. Et si non elegerint
quod Iudex possit et debeat ipsos magi
stros eligere et ad predicta tenean
tur quilibet offitialis communis pub
pena. Centum. libr. den. ¶ Et si qua
domus fuerit divisa inter consortes
et aliquis ex consortibus noluerit fa
cere murum pro clausura sue partis
et non fuerint ambo in concordia
de dicta clausura quod possit unus ex
eis in terreno confinio quod erit in lo
co ubi dictam clausuram facere
noluerit libere hedificare et murum
facere et quilibet predictorum consorti
debeat contribuere de terreno suo pro
dicto hedifitio faciendo, tantum quan
tum alius consors mictet de suo.
Et si fuerint in concordia de grossi
tie dicti muri, uel non fuerint bo
nus ex Iudicibus Potestatis, uel Ca
pitanei civilium causarum ad peti
tionem petentis eligat duos mag
istros qui debeant declarere de grossi
tie, et altitudine dicti muri et qua
ntitate expensarum et facta predicta
declaratione compellatur non hedifi
cans facere promissionem per publicum
instrumentum de medietate dicte ex
timationis restituenda tempore quo
in dicto seu super dicto muro volue
rit hedificare illi qui dictum muru
fieri fecerit. Et ad predicta per ipsum
Iudicem qui requisitus fuerit talis
non hedificans compellatur de facto

realiter et perſonaliter. Item ſi quis ex
conſortibus habuiſſet vel haberet poſſeſſ
ionem vel tenutam de aliqua turri
vel muro vel domo communi vel caſſ
alenis vel intercaſſellis vel viis vel
rebus aliis quibuſcumque communibus
talis poſſeſſio non preiudicet conſorti
vel conſortibus vel alteri parte qui
vel que in poſſeſſione non erit vel
erunt ſeu non fuiſſet vel fuiſſent
uſa vel uſi dictarum rerum nec ei
obſtet aliqua preſcriptio longa vel
longiſſima nec alia conſuetudine ha
bita ab aliquo ex conſortibus que ali
qua modo poſſet opponi quin ſemper
et preaſe conſors per Poteſtatem vel
Capitaneum compellatur ſilicet co
nſors poſſidens partem contingentem
ſuo conſorti tradere ſumarie ſine ali
qua ſolempnitate Iuris et ſtrepitu
Iudicii. Et conſors non poſſidens in te
nutam et poſſeſſionem ipſius rei et
rerum per Poteſtatem et Capitaneum
inducatur et ponatur de facto proba
ta communione ſine libelli oblatione
et litis conteſtatione et ſine ſtrepi
tu et figura Iudicii. Salvis ſemper
contractibus et inſtrumentis habi
tis et inter eos vel eorum antece
ſſores. Et ſi aliquis habuerit a
liquod ipoinimentum lignorum vel ali
quod aliud in dictis rebus vel aliqua
earum et maxime in intercaſellis Poteſtas
et Capitaneus omnia faciat remo
veri. Et hoc locum habeat et teneat
in tempore preſenti preterito et futuro

et in cauſis pendentibus motis et
movendis. Si autem pars non
poſſidens petierit a poteſtate Capi
taneo vel Iudice quod compellat poſſeſſo
rem vel poſſeſſores rei communis vel
rerum communium quod ſibi non poſſidenti
faciat inſtrumentum quod rem ipſam poſ
ſideat pro ſe et ſuo conſorte et pro
ſua parte conſtituat ſe ſuo nomine
poſſidere et quod poſſeſſionem ſibi dimi
cteret et reſtituere promictat ad ipſi
conſortis petitionem. Poteſtas et Capi
taneus aut Iudex eum vel eos ad
hoc faciendum cogere teneatur poſtquam
ei vel alicui eorum fuerit clarum
de parte conſortis non poſſidentis ſa
lvo contracto contractu habito inter
conſortes. Si vero aliquis ex con
ſortibus vel eorum antecessores fecit
vel faciet vel fecerunt pactum vel
promiſſionem non vendendi partem
ſuam de re communi niſi alteri conſo
rti ſi noluerit eam vendere debeat
illum conſortem requirere per tres
terminos quorum quilibet ſit decem
dierum ut emat ſi voluerit poſtea
poſſit illam rem et ſi ille emere
noluerit poſtea poſſit elapſis dictis
terminis eam rem vendere cui
voluerit non obſtante contractu
inter eos vel eorum anteceſſores
facto de venditione inter eos facien
da. Et ſi contineretur certum pre
tium in ipſo inſtrumento non po
ſſit petere niſi illud pretium in inſtr
umento. Si vero certum pretium

in inſtrumento non contineatur pre
tium quod inde haberi poterit debeat
declarare. ¶ Item conſors qui mu
rauerit ſupra murum communem uel
quem communiter poſſideret poſſit ibi
facere feneſtras ſcancerias et hoſtia
ſcilicet i muro nouo quod fecerit ſu
pra murum communem et ſcharmen
et murare morellam ad ſuum arbi
trium et uoluntatem dumodo inde
non proiciat aliquam turpidinem
nec aliquid aliud per dictas feneſtr
as et hoſtia. Et ipas feneſtras et
hoſtia poſſit habere ſine alicuius con
tradictione quouſque fuerit ſibi inte
gre ſatiſfactum de expenſis ſcilicet pro
dimidia quas fecerit in eodem qua
reſtitutione expenſarum pro dicta dim
idia facta teneatur et debeat incon
tinenti feneſtras et ſcancarias rem
urari facere et recludere et hoſtia ſ
suis ſumptibus et expenſis. ¶ Item
ſi aliquis ex conſortibus habet uel
habuerit inſtrumenta comunia de
muris et rebus communibus Potestas
et capitaneus preciſe teneantur eum
cogere alteri conſorti uel conſortibus
de ipis inſtrumentis dare copiam
ad petitionem illius qui duxerit t
poſtulandum. ¶ Item quicunque
in Ciuitate uel comitatu haberet tu
rim clinatam uel que minaretur
ruinam ſeu murum uel muros
domorum uel alium murum uel
Potestas et Capitaneus teneantur
ipum uel ipos facere deſtarcari ab
illo uel illis cuius uel quorum eet
Et ſi predicta Poteſtas et capitaneus
non fecerent fieri. Centum. lib. den.
de eorum ſalario pro quolibet eorum
communi pus ſoluere teneantur. Et
nichilominus ad ſtarchandum co
mpellatur. Et ille cuius fuerit dicta
turris clinata uel murus poſſit t
ipum uel ipos facere diſtarcari imp
une non obſtante aliquo ſtatuto
quod in contrarium loqueretur.
¶ Item dicimus quod ſi aliquis habuerit
molendinum uel gualcheriam co
munem et et aliquis ex conſortibus
noluerit reficere uel reaptare uel
reparare ſeu meliorare poſſit illud
facere ſine alterius conſortis uel con
ſortium contradictione. Et Poteſtas
et Capitaneus teneantur facere t
reſtitui tali conſorti qui fecerit expe
nſas in aliquo predictorum a conſorte
uel conſortibus de fructibus eorundem
¶ Item dicimus quod ſi aliquis ex
conſortibus puteum remundauerit
alius conſors ab aqua aurienda e
et aurire faciendo de ipo puteo de
beat remoueri donec alium conſ
ortem de factis expenſis duxerit t
plenarie reſtaurandum. et Potestas et
Capitaneus reſtaurari facere tene
antur. ¶ Et quia ſepe contingit
quod conſortes molendinorum et puteorum
aſternorum et fontium quando eget
refectione non ſunt in concordia re
parandi et reficiendi ymo ut plu
rimum tardant reficere et refici

facere et reparare et molendinu͞ꝫ pu
teus ciſterna et fons deſtruitur ꝙ eſt
magnum dampnum comuni peruſ et
eſt inducere cariſtiam non modicaꝫ
in Comunj farine et aque et per co
ſequens panis. Volumus ſtatuentes
ꝙ conſortes molendinorum requiſiti
ad refectionem molendinorum et repa
rationem ubi clauſa uel molendinu
deſtrueretur ꝙ ſit conſuetum mole
re et macinare a duobus annis ꝉ
proxime preteritis citra uel puteȷ ci
ſterne et fontis infra .xv. dies a die
requiſitionis teneantur et debeant de
ponere partem ſibi contingentem de
expenſis fiendis pro reparatione dicte
clauſe et molendinj puteȷ fontis et
ciſterne apud conſortem uel mercato
rem fidum in Ciuitate peruſ et ſimilj
modo deponere debeat unuſquiſqꝫ ex
conſortibus ut molendinum ſiue clu
ſa puteus fons et ciſterna omnino
reficiatur. Et quicumqꝫ de predictis no͞
depoſuerit cogatur per Poteſtatem uel
Capitaneum ad uendendum portioneꝫ
ſuam dictis conſortibus uel conſorti
pro illo pretio quod declarabitur per
duos amicos communes eligendos per
eos. ad quam electionem compelli de
beant p Poteſtatem uel capitaneu͞
de facto ad petitionem cuiuſcumqꝫ de co
ſortibus. Et ꝙ dicti duo ſic electi co
gantur quando non eſſent in con
cordia eligere unum tertium qui
tres ſic electi declarare debeant dictuꝫ
pretium infra. xv. dies. Et ſi omnes ꝉ
non eſſent in concordia ſufficiant ꝉ
duo ex eis etiam abſente alio ſi ade
ſſe noluerit. Qua facta declaratione ſta
tim infra terminum. Octo dierum coga
tur ad uendendum pro dicto pretio
et ſi uendere noluerit cogatur eme
re partem partem conſortis uel co
ſortium pro pretio declarato p duos
arbitros. Et quicquid Poteſtas uel
Capitaneus fecerit pro predictis uel
ipsorum occaſione ualeat et teneat
et de eo quod fecerit ſindicari nec
non poſſit nec debeat ullo modo.

Qꝫ minantia ruinam diruantur. Rꝫ

Quod minantia ruinam diruantur Rꝫ. 47

xlvij.

Volentes de futuris caſibus
qui euenire poſſunt pro
uidere quod prudentiſſimum repu
tatur. dicimus et preſenti ſtatuto ꝉ
firmamus. ꝙ ſiqua domus uel turris
uel paries proficellum uel traſanna
minaretur ruinam et dubitaretur
ne domus uicinj ledaretur ex tali ꝉ
ruina uel ne uianj et tranſeun
tes poſſint eſſe in dubio domus ꝉ
turris paries proficellum et tra
ſanna. Et facta denuntiatione
uel notificatione Poteſtati uel Capi
taneo uel alicui ex ſuis Iudicibus
per illum uel illos qui timerent
ruinam predictam debeat dictus ꝉ
officialis mittere magiſtros unum
uel plures ad locum et ſi dixerint
dictam domum uel turrim uel o
parietem proficellum uel traſannaꝫ
ruinoſam uel ex ea timerj

ruinam t continenti faciant eam di
rui. itaq vicinus / uel alicuius / uel do
mus vicini timentis ruinam ipsonaz
uel rebus ullam possit lesionem pati.
¶ Et si ille cuius esset domus uel pa
ries / uel profellum / uel trasanna / uel
possessor illius nollet obedire puniatur t
pro quolibet precepto in. decem. libr. den.
quos a contrafaciente de facto aufferat
pro comuni / et nichilominus ipm o
opus de moliri facere teneatur expe
sis domini domus / uel parietis / uel
profelli / uel trasanne / uel turris / uel
possessoris. ¶ Et si non destruxerit
post preceptum sibi factum dampnum
quod inferretur alicui propter talem
ruinam satisfacere integre teneatur
et rudera ipius hedificij diruti sta
tim infra terminum per Iudicem t
dandum tollere / et leuare teneatur
ad penam. decem. libr. den. pro quo
libet precepto et relatio dictorum ma
gistrorum pro plena probatione habe
atur. Et in predictis summarie proce
datur / sine libelli oblatione et sine
strepitu et figura Iudicij diebus fe
riatis et non feriatis etiam in ho
norem dei. ¶ Et si aliqua domus
murus / uel paries profellus uel
trasanna / minata / uel minatus est
ruinam sup dominum / uel rem al
terius / uel sit apodiata ad pariete
domus alicuius propter ruinam t
q teneatur Potestas / uel Capitaneus
scilicet qui ex eis requisitus fuerit
ad petitionem illius qui sua duxerit

interesse re / uel mictere unum ex no
tarijs suis ad locum / et si inuenerit
predicta uera esse teneatur statim
facere eleuari ab illo cuius esset t
paries domus uel murus profellum
uel trasanna qui minatus esset t
ruinam / et si infra terminum sibi
assignatum p Iudicem non eleuaue
rit tunc Iudex qui dictum precep
tum fecerit teneatur et debeat sibi
aufferre. decem. libr. den. noie pene
pro comuni piis sine aliqua contra
demnatione / et nichilominus eum
compellere eleuare et in predictis si
militer procedatur ut supius dictu
est / omi appellatione / et sapientis p
titione cessante et non obstante si ap
pellaretur / uel sapiens peteretur / et no
obstante statuto quo cauetur q tur
ris non possit destruari / absq licen
tia dominorum priorum artium et
Camerariorum nec aliquo alio ca
pitulo statuto precedente / uel sequete
Et si dictus Iudex negligens fuerit
in predictis puniatur in Centum. libr.
denariorum p suos sindicatores.

De contradicente alicui uolenti edi
ficare in suo. Rca.

De contradicente alicui uolenti hedificare in suo R°. 47

C. xlviij.

NEmini liceat uolenti hedi
ficare in suo sine in re a
se possessa contradicere sine iusta et
rationabili causa contradicenti ue
ro Potestas et Capitaneus / uel alter
eorum quinquaginta. libr. denariorum
nomine pene aufferat pro Comuni
Et nichilominus parti condempnetur

indannis et expenſis / ac intereſſe / de
clarationdis ſumarie per Iudicem t
coram quo poneretur querimonia
Si uero aliqua fuerit contradictio
quod non hedificaret et noluerit dare
et dederit fideiuſſorem / de opere de
moliendo ſi apparuerit eum iniuſte
hedificaſſe incontinenti dato fide
iuſſore Poteſtas / et capitaneus et
alij offitiales communis preſ dent ſibi
licentiam hedificandi / non obſtante
contraditione et prohibitione facta
etiam ſi uellet incontinenti de ſuo
Iure docere utrique parti Iure ſalvo
et penitus reſeruato. Si uero
uterque contendat ſe poſſidere tunc
infra .xv. dies debeat dicta cauſa t
terminari per Iudicem queſtionis pe
na. Centum. lib. denariorum dicto
Iudici ſi non terminauerit eam t
infra dictos .xv. dies non obſtante quod t
hedificare nolens offerat uel uelit ſa
tiſdationem offerre de opere demolie
endo non obſtantibus ferijs quibuſcumque
etiam indictis ad honorem dei. Et quod
ſuper predictis non poſſit compromiſſ
um fieri. Qui uolens in ſuo facere
opus quod minatur ruinam ſatiſdet

uel nolens in ſuo facere opus quo minaretur ruina ſatiſdet q[?]

or xlviii.

Quia Iuri conſonum eſſe t
putamus quod nemo in re ſua
talia faciat propter que ſuo uicino
damna eueniant / ordinamus quod ſi
aliquis fecerit / uel facere noluerit
aliquod muralium / uel aliud con
ainem / uel opus in re ſua iuxta
domum / uel rem aliam ſui uicini quod
poſſet minare ruinam / uel caderet t
uel minaretur in totum / uel in partem
teneatur ad petitionem ſui uicini pe
tentis promictere et ydonee ſatiſdare
ad terminum quem Poteſtas et Ca
pitaneus / uel aliquis ex Iudicibus t
eorum aſſignabit eidem. Et ſi occa
ſione predicti muralij conaminis o
ſiue operis / quod faceret / uel facere
noluerit domus ſiue murus / uel t
etiam res alia ſui uicini minabitur rui
nam / uel ceciderit in totum / uel in
partem / quod tunc eo caſu quo domus
uel paries uicini ceciderit intotum t
uel inpartem quod talis opus faciens
propter quod dictum dampnum euene
rit teneatur et debeat omnibus ſuis t
ſumptibus et expenſis reficere dictam
parietem / uel domum que ceciderit
infra terminum trium menſium
quod opus infra dictum terminum
debeat perfeciſſe quod ſi non fecerit puniatur
per Poteſtatem / uel Capitaneum in
ducentis. lib. den. propoſita ſimplici t
querela / per illum cuius domus ce
ciderit / et nichilominus infra ta
tundem tempus cogatur per Poteſtatem
uel Capitaneum reficere dictam
domum / uel parietem. Et ydoneos
fideiuſſores dare de reficiendo domu
uel parietem predictam infra dictu
tempus ſub pena. uigintiquinque. lib.
den. qua ſoluta etiam teneatur refi
cere et de facto cogatur ad petitionem
partis petentis. ad reficiendum. Et ubi

domus uel paries non caderet set
pisium fecerit uel alio modo corrum
peretur uel dampnificaretur quod tunc
et eo casu per Potestatem uel Cap
itaneum ad petitionem partis pe
tentis de facto cogantur dicte partes
ad dandum duos magistros in arte
peritos videlicet unum pro qualibet
parte qui debeant extimare dictum
dampnum per eorum sacramentum
infra octo dies ubi essent concor
des et ubi concordes non essent tunc
Potestas et Capitaneus coram quo
questio esset tertium magistrum e
ligat et ipsos cogat infra alios
octo dies ad extimandum et decla
randum dictum dampnum qua de
claratione facta Potestatem et Ca
pitaneum mandetur executioni et
tamquam instrumentum confessionatum
et tamquam sententia que transiuit in
rem iudicatam sola declaratione
facta ipsa que scribi debeat manu
publica notarii.

Quod venditio habeatur pro simulata si venditor rem venditam postea possideret. 50

Quod venditio habeatur pro simulata si venditor rem venditam postea possideret. Rubrica.

Presenti capitulo duximus
statuendum ne pretextu
in magnorum contractuum uel
fraudulentorum malitia remaneat
impunita et ne homines Civitatis
et comitatus Pisani sint suis credi
tis et iuribus defraudati. Quod si
aliqua persona Civitatis et comitatus
Pisani fecit seu faciet uel fecerit
de incepto in futurum aliquam dona
tionem venditionem translationem
seu iurium cessionem uel aliam
quamcumque alienationem sive contr
actum bonorum suorum et postea
reperiatur aliquo tempore rem alie
natam possidere uel fructus ex ea
percipere quod dicta alienatio uel contra
ctus dictus intelligatur simulata
et simulatus non obstantibus Capi
tulis communis Pisani et populi Pisani
que loquuntur de insinuationibus et
confessionibus faciendis et non ob
stante quod si aliquo tempore fuerit in
sinuatum in libris communis Pisani et
et non obstante si in contractu esset
appositum quod donans et alienans se con
stituat precario nomine emptoris et
donatarii uel recipientis possidere et
auctoritate huius capituli nullius
sit valoris ipso iure. Preterea
volumus ad declarationem dicti ca
pituli et ad evitandum questiones
super ipso posset oriri quod ipsum capitu
lum et ea que continentur in eo
non intelligantur nec locum habeat
in illis qui venderent et alienarent
aliquam rem aliam de qua vendi
tione appareret publicum instrume
ntum et solutio facta venditori sive
in tabula alicuius campsoris sive per
instrumentum refutationis ad factum
quod per instrumentum venditionis et
ipsam rem venditam post venditio
nem ab emptore recepissent con

diveſſet / vel acquirerent / vel condu
cerent ad coptimum / vel ad labora
tium / vel ad penſionem nec nullo
qui rei donate / vel alienate fructus
ſibi reſervaſſet itaque ratione laboritij
vel coptimi predicti / vel penſionis
vel quia dictam rem venditam ut
dictum eſt teneret vel haberent t
vel conducerent / ad coptimum t
vel ad laborerium / vel ad penſione
non poſſent dicti dici venditores t
vel alienatores dictam rem vend
itam / de quo appareant ſuperius t
ſcripta. ¶ Et hoc capitulum locum
habeat dumtaxat in illis aliena
toribus donatoribus / vel vendito
ribus / qui malleficia commiſiſſent
vel committerent / vel debitum contra
xiſſent / vel contraherent / et poſtea
reperirentur rem donatam / vel t
alienatam / vel venditam poſſidere
quo beneficio frui poſſit commune t
pisi / et creditores dumtaxat :~

Quod promiſſio venditionis non poſſit
probari niſi per inſtrumentum Ru.

.li.

Si aliqua venditio fuit olim
facta ab aliquo alicui t
de re immobili cuiuſcumque quantita
tis ſit ille qui fecit talem venditio
nem non poſſit probare promiſſione
revenditionem ipſius rei factam t
ab eodem emptore ipſi venditori
per teſtes niſi per publicum inſtrumentum
¶ Set ſiquis fecerit de inceps
aliquam venditionem non poſſit
probare venditionem eiuſdem rei

ſibi vel alteri pro eo factam niſi
tantum per publicum inſtrumentum
ſcriptum manu publica notarij :~

De molendinis et cluſis. Ru. De molendinis et cluſis R 52

Ad evitanda ſcandala et li
tes que ſepe contingunt
occaſione molendinorum radiorum
et cluſarum / in quocumque loco po
ſitorum et poſitarum. Statuimus
ordinantes quod ſi aliqua queſtio inter
aliquos cuiuſcumque conditionis ſta
tus et dignitatis exiſtat vertere
tur occaſione alicuius molendini
radiorum vel cluſarum Potestas et
Capitaneus / per ſe vel unum ex
Iudicibus ſuis teneatur / et debeat
inveſtigare et invenire ſicut vel
melius / vel aliam eorum videbitur
et brevius poterit fieri et lites t
et queſtiones diffinire infra unum
menſem / poſtquam fuerit poſita que
rimoniam coram eo ſimpliciter
et de plano ſine ſtrepitu et figu
ra iudicij et quelibet partium t
eius diffinitioni ſtare debeat pars
autem contrafaciens. Quingentas
lib. den. pro vice qualibet ſolvere
teneatur. ¶ Et ut queſtiones t
molendinorum facilius et levius
poſſint expediri. Ordinamus ſta
tuentes quod omnes cluſe molendinorum
terminentur per expertos in ipſa t
arte de novo cum termini iam
poſiti et inſiri per mutationem
alveorum / et riparum fluminum

ſint euulſi uel non reperiuntur.
qui magiſtri in arte experti eligan
tur p dominos priores et Came
rarios artium Ciuitatis pisᷣ et
cum ipis magiſtris eligantur
per eosdem dominos Priores / et
Camerarios tres alij boni viri t
et de melioribus Ciuitatis predi
cte qui magiſtri saltem eſſe de
beant quinq; numero et cum ipis
dicti tres / semper adeſſe debeant
auctoritatem poteſtatem et bayliam
uirtute preſentis legis terminād
et terminos ponere manifeſtos t
itaq; unicuiq; ſit ſtatum dictos
terminos uidere et ius uniuſ
cuiusq; ſeruare illeſum. Qui ma
giſtri et boni homines iurare de
beant dictas terminationes face
re bona fide et ſine fraude rem
otis hodio amore et pretio pre
cibus / et timore et omnem ter
minationem quam fecerint ra
tam habeant dominij moſedinorum
et obſeruent. Et nullus audeat
remouere uel tangere dictos t
terminos ſub pena et ad penam
Quingentarum. lib. den. pro quolibet
contrafaciente de quibus Potes et
Capitaneus inquirere teneantur
publice et ſecrete et ad petitionem
cuiuſcumq; petentis. Et ſi inuenti fue
rint aliquem uel aliquos termi
nationes predictas ratas non ha
bere / uel terminos remouere in
dictam penam ipm̄ uel ipos t

contrafacientes debeat condempnare t
Et nichilominus ad standum de
terminationi ipm̄ redu[c]ere de quibus
terminationibus p unum notarium
quem elegerint dicti magiſtri et bo
ni homines debeat fieri unus liber
expenſis communis pisᷣ qui debeat t
poni i armario ſub quo autenticho
ut poſſit de eo omnibus uolentibus
fieri copia et uideri. Teneatur
inſup Capitaneus populi ſemel i
ſex menſibus reuidere omes termi
nos clusarum predictarum / et mo
lendinorum et ubi inuenerit i sta
tu primo mare ſit contentus / u
bi uero inuenerit aliquem termi
num mutatum / uel remotum inqui
ſitionem facere teneatur contra re
mouentes uel remouentem. et
ipos punire ut dictum eſt / et ipos
terminos ſic mutatos ad priſtinum
ſtatum reduci facere infra. xv. dies
a / die qua ipos mutatos inuenerit
et q tales magiſtri et boni homi
nes ſic electi per Capitaneum co
gatur ad acceptandum infra. Octo
dies / a / die electionis ipoꝵ ſub
pena. Centum. libr. den. pro quolibet
ſi non acceptauerint. Quam ter
minationem facere teneantur infra
temp[illegible] menſium proxime ue
ntur[illegible] poſt acceptationem ipoꝵ
[illegible] ad penam ducentarum
[illegible] quolibet ſi extiterit
[illegible] omes. Si uero non
omes illi qui extiterint negli

gentes puniantur. Sup quibus po
teſtatem habeant domini priores ar
tium providendi. de ſalariis et expen
ſis que accurrerent occaſione predicta
fieri facere, et dare de quacumque pe
cunia Communis perventa ad manus ma
ſſariorum perventa, vel perven
enda, ac etiam prorogandi terminum
dictorum ſex menſium ubi neceſſe
viderint ad ſex alios menſes et non
ultra. Et ſi dictus dominus Capita
neus negligens fuerit in predictis
in non eundo inquirendo vel pu
niendo ut dictum eſt puniatur in
pena. Quingentarum. libr. den. per
ſuos ſindicatores tempore ſui ſindi
catus. ¶ Molendina vero que non
ſunt in fluminibus per hominibus ter
minentur ad petitionem illius vel
vel illorum qui petierint quadam
que que terminata non reperirentur
per dictos bonos homines, et ma
giſtros. ¶ Item quod omnia molend
ina, et alia hedifitia aliorum flu
minum foſſatorum, et rivorum
et formarum, vel aree ipsa exiſte
ntia, et cluſe eorum que plus da
mpnum afferunt circumſtantibus
locis quam comoditatis, debeant emi
per illos in quorum rebus dampnum
datur propter exiſtantiam ipsorum
et ad quos ſpectabit utilitas ex
eorum deſtructione et [illegible]
vel ratione terreni [illegible]
dini vel cuiuſcumque [illegible]
rei vel alia ratione et pretium
ſolvatur dominis ipsorum per eoſdem
utilitatem, ex eorum remotione re
recipientes et pretio ſoluto infra
Octo. dies domini et poſſeſſores
eorum ipsa molendina et cluſas
deſtruant ex toto et non poſſint
refici nec de novo fieri in hiis flu
minibus infra terminos et fines
aſſignandos per ſupradictos offitia
les per ipsos dominos, vel poſſeſſo
res molendinorum, vel alios quoſ
cumque in perpetuum ſub pena. Quin
gentarum. libr. den. quam incurrat con
trafaciens vel incipiens pro qualibet
vice, facta prius inveſtigatione per
Poteſtatem, vel Capitaneum, et
reperto quod fuerit maior utilitas de
ſtruendi, quam ſtandi ſup quo
Potestas et Capitaneus et eorum
offitiales per inquiſitionem ex ſuo
offitio inquirere ad petitionem
cuiuſlibet petentis teneatur et de
beant mictere ad locum ubi talia
fierent, et quod contrafactum in
venerit per ſuos offitiales ſtatim
antequam revertantur ad palatium
de facto tollere, et removere clu
ſas, et alia itaque aque curſus
propterea non impediatur, et ni
chilominus quilibet poſſit eſſe
accuſator, et habeat medietatem
dicti banni. Et in contractibus em
ptorum dictorum molendinorum et clu
ſarum, et aliorum hedifitiorum expre
ſſe ponatur quod vendentes ſe ob
liget emptoribus ad predicta et fiat

emendationes secundum extimationem
factam de eis in catrasto communis preditti
et si contemptio esset inter dominos mo
lendinorum et illos ad quos spectabit u
tilitas remotionis predicte itaque non esset
concordes stare extimationem contente in ca
tastro et per emendationem illorum quorum exti
matio non reperiretur in catastro quod per do
minos Priores et Camerarios artium
eligantur duo boni et discreti homines
et unus magister qui habeant peritiam
predictorum expensis dominorum molendinorum
et illorum ad quos de remotione spectabit
utilitas qui simul videat et examinet
que molendina predicta sint destruenda
et removenda et que non et qui fa
ciant extimationem et pretia compete
ntia solvenda prout dictum est per ipsis
molendinis et clusis et quantum esse
debeat spatium loci in quo non possit refici
molendina seu cluse ne dampnum dare
possit illis qui emet ipsa molendi
na et hedifitia et pretium solvet pro
ceris per ipsos dominos molendinorum vel per
alios quoscumque. Et si in locis unde
destruerentur ipsa molendina et
cluse erit opus fieri formam vel ali
quid aliud pro directione cursu aque
et pro purgatione locorum circumstan
tium debeant declarare et secundum
quod ipsi providerint ordinaverint de
claraverint extimaverint ita Po
testas et Capitaneus et eorum offi
tiales faciat observari sub pena
predicta. Quam declarationem molen
dinorum et clusarum et hedifitiorum de

struendorum removendorum Priores
artium teneantur reficere infra
unum mensem post publicationem
presentium statutorum ad penam. Cen
tum. lib. den. pro quolibet eorum
Teneantur insuper boni homines
et magistri per dictos dominos
Priores et Camerarios eligendi super
terminatione et limitatione mo
lendinorum terminare et limitare
et in scriptis redigi facere omnia loca
spatia in quibus et infra quem
molendina et alia hedifitia aquarum
fieri non possint sine dampno ali
eno in dictis fluminibus rivis et
fossatis et formis et circumstantiis
earum. ad penam. Centum lib. den.
pro quolibet. Dicimus propterea
statuentes quod ad predicta omnia et
singula in presenti capitulo conte
nta fieri facienda et pro expeditione
ipsorum fieri facienda quilibet sit
et competat Ius agendi et petendi
et ad ea petenda et exigenda
quilibet admictatur et in predictis
per Potestatem et Capitaneum et
eorum offitiales summarie et de pla
no procedatur et sine strepitu et
figura Iuditii et dicimus missione
ad petitionem cuiuslibet petentis
Et quia ex ipsis molendinis
et clusis et aqua ipsorum de rad
iis et cursibus aquarum ipsorum
molendinorum et pro ipsis mole
dinis questiones sepissime oriuntur
ad oprimendam malitiam credi

namus / q nemo extrahat nec ex
trahi faciat / aquam solitam currere
ad aliquod molendinum ubicumque
in nostro districtu sit situm de suo
solito cursu / quin decurrat libere
per suum consuetum / vel consuetum
ad ipsum molendinum nec cursum
ipsius aque cum aliquo impediat
et qui contrafecerit vel fieri fece
rit vice qualibet / in Centum libr. de
punatur / et condempnetur. dum
modo hec non preiudicet alicui
volenti posse facere infra molend
inum / vel hedificium in aliqua sui
re secundum formam presentis
legis capituli dummodo non impe
diat cursum aque alicuius mo
lendini q non vadat et decurrat
ad ipsum molendinum e ut est ha
ctenus consuetum sub dicta pena
Et ad tollendas contemptiones
que de radiis molendinorum / et
clusarum ipsorum plurimum oriuntur
statuimus q si aliquis subiectus
vel non subiectus Iurisdictioni
communis / scilicet / forensis fecerit vel
fecerit aliquam clusam / vel apara
tam in aliquo rivo [illegible]
ato vel flumine que prestet
[illegible] vel prestaret o
ccasione restagnationis / vel alio
qualibet causa alicui molendi
no superiori / vel terris / viis vel
rebus aliis q Potestas et Capitaneus
statim audita querela / vel la
mentela teneatur mictere Iu

dicem / vel notarium ad locum / et
si invenerit dictam novitatem
esse factam faciat incontinenti re
moveri totiens quotiens dictum
opus de facto factum fuerit / non
obstante petitione petentis sapientis
apellatione et diebus feriatis
vel aliquo alio q in contrarium
allegaretur sub pena. Centum
libr. den. salvo et reservato q
predicta non intelligantur nec lo
cum habeant in molendinis que
non macinarent / vel non macina
ssent a decem annis citra et per
ipsum tempus / nec etiam in molendi
nis emptis per Commune pisis / vel
aliquam universitatem alicuius
castri / vel ville / et de quibus esset
facta solutio pretii que molend
ina sic empta / et soluta per
unamquamque personam possint
destrui sua auctoritate / et imp
une. Et salvo q si aliquis
vellet rehedificare molendinum
antiquum / et q antiquitus fu
erit in dicto loco / et molere
seu macinare consueverit saltem
a viginti annis citra / quod non
obstante / q ampliatio alvei
fluminis caput cluse per ipsius
ipsius declarationem sit ab aqua
fluminis divisum possit habens
dictam clusam vel volens dictum
molendinum reficere et reparare
et per ipsum alveum ampliatum extendere
et apud dictae cluse coniungere firmare

et ipm terenum terminare et di
ffinire et secundum extimatione
predictorum bonorum uirorum compella
tur illi / uel ille quorum fuerit dictum
terenum ipm terenum uendere
cum omnibus pactis in instrumento
uenditionis consuetis apponi ei
uel eis cuius / uel quorum fuerit
dicta clusa / facta extimatione pretii
dicti tereni per dictos bonos homines
non habita ratione ad necessitatem
cluse nec ipa necessitate uel uti
litate inspectat / set secundum co
munem extimationem possessionum
in ipa contrata existentium . nisi per
decem annos continuos capud
dicte cluse substentationem habuerit
ad terenum / quod fuerit alicuius
inquo casu intelligatur per prestrip
tionem ius quesitum domino ta
lis cluse coniungendi et appodiandi
seu applicandi et sub stentari fa
ciendi / capud dicte cluse ad ipm
terenum sine alia restaurationem
et sine aliqua datione alicuius
pretii aliquo non obstante et im
pediens et resistens puniatur pena
predicta . Et quod si negaretur capud
dicte cluse non fuisse appodiatum
tereno apud quod peteretur app
odiari / et fuisse appodiatum quod potestas
et Capitaneus / uel eorum Judices
et offitialis super hiis et quilibet e
orum summarie sine libelli oblatio
ne litis contestatione et omni alia
Juris solemnitate obmissa teneatur

examinare testes dandos per illum
uel illos quorum esset dictum mo
lendinum sine scriptura / et sine in
tentionibus et sine articulis.
Et examinatio fienda ad potestatem
uel Capitaneum / uel aliquem
eorum Judicem / uel maiorem sin
dicum et dictum offitialem spectet
et eidem impredictis committimus
et si constaret predictam negatione
non esset ueram quod procedatur se
cundum formam statuti / et Capi
tuli aliquo non obstante . Et hec
dictus potestas / et Capitaneus / et
maior sindicus / et offitialis tene
antur exequtioni mandare pena
Centum . lib. den. de suo salario quo
tiens fuerit requisitus . Et ut
molendina aquarum existentia in
Comitatu / uel districtu prius non
faciant causa defectus / dicimus
statuentes . Quod si sotii molendinorum
uel aliqui eorum noluerint mo
lendinus facere aliquam melio
rationem necessariam / uel utilem
quod possint ipa facere non obstante
contradictione minoris numeri
seu partis sotiorum et quod expenderit
de fructibus ipsorum molendinorum
possint recapere / et rehabere dum
modo si pars non expendens non
haberet tantam partem in fru
ctibus molendinorum / de quibus sati
sfieret expendentibus . infra sex
menses quod ab inde in antea per
Potestatem / uel Capitaneum

et quemlibet

ad grippum dicti alterius nõ obſtante quod
res eſſet alterius in qua re deberet firm
ari caput dicte cluſe ymo teneatur
et debeat dictus dñs habens rem ſi
ne grippum rei ubi venit caput
dicte cluſe firmandum vendere ter
renum et ius firmandi dictum caput
pro pretio et extimatione secundum
quod extimabitur per duos bonos homines
a partibus eligendos videlicet un
um pro qualibet parte eligendum
et ubi non eſſent in concordia dicti
duo tertium eligatur ad que fiaenda
cogi poſſint per potestatem uel Capitane
um ad petitionem cuiuſcumque petentis
que et declaratio pretii fieri debeat et
ipsius ſolutio antequam aliquid hedificet
in dicto loco per illum qui hedificare uo
let qua ſolutionem ſi nõ fecerit poſſit
impune a quolibet dictum opus de
ſtrui quod factum fuerit ſuper re alterius
ſi requiſitus fuerit a domino dicte rei
Si vero aliquis vellet moledinum
nouum conſtruere et nõ haberet
ex utraque parte fluminis terrenum
quod ſi hedificare nõ liceat nec poſſit
moledinum conſtruere niſi eſſet in
concordia cum illo qui haberet terren
um ex altera parte dicti fluminis
et idem modus obſeruetur in caſu
in quo cluſe antiqui deberent mutari
ſecundum quod ſupradictum eſt in refectione
dicte cluſe. Et ad deſtructionem fa
ciendam ipſorum Potestas et Capitaneum
et quilibet eorum qui requiſitus
fuerit ad petitionem cuiuſcumque tene

atur damnum et ſuma familiam
ſuam mittere et ea deſtrui facere
ad penam. Centum. libr. den. pro qualibet
vice qua fuerit negligens in predictis
Item Statuimus et ordinamus
quod ſi aliqua cluſa alicuius moledini
de naſceretur in capite ſeu deficeret
in capite terrenum ubi dicta cluſa con
ſueuit firmari et appodiari et ubi
conſueuit caput eius ſuſtentari et
ille uel illi quorum dicta cluſa fuerit uo
luerit uel voluerint dictam cluſam
reparare et caput dicte cluſe repa
rare et caput dicte cluſe reficere fir
mare et infortiare ad ſuſtentationem
dicte cluſe poſſit de terreno cum dicta
cluſa melius et fortius ad ſuſtenta
tionem dicte cluſe applicari poſſit di
ctam cluſam applicare et ibidem
adiungere et affirmare etiam cui
cumque perſone cuiuſcumque condictionis
terrenum fuerit. Et hoc ex rigore pre
ſentis Capituli liceat ſibi facere
ſicut comodius et utilius fuerit pro
dicta cluſa firmanda et ordinanda
et nullus predicta uel aliquod pre
dictorum poſſit impedire nec impediat
